



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXIV. Der Bischof Heidenreich schenkt dem Domcapitel die Advocatie im Dorfe Marzahne, am 3. Dezember 1287.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

restauratur commoditas et restaurata suis cooperatoribus pacis et quietis tribuit incrementum. Hinc est quod cum pluribus tractatibus habitis Jam finis evidenter experti, Et tam vobis quam nobis consultum et utile videatur, vt propter frequentes predonum Raptorum et malefactorum insultus turbationes, quas continue ecclesie patiuntur Eedem ecclesie, aliquo saltem sibi mutue subuentionis ac confederationis remedio subuenirent, Sane credimus si funiculus Ecclesiastice Censure fuerit triplicatus efficacius feret auxilium contra peruerforum violentias et conatus Et clerus tali suffultus presidio dante domino liberius respirabit. Cum igitur inter alia iuris remedia precipuum et magis efficax videatur, vt excommunicationum seu interdictorum sententie late per vos et Archyepiscopos vestros qui pro tempore fuerint a nobis et nostris successoribus districtius obseruentur et publicentur quancumque et vbiunque fuerit oportunum, dum tamen nos a vobis super hiis fuerimus requisiti; Nos heydenricus Episcopus, Theodericus prepositus, Conradus prior Totumque Capitulum Brandenburgensis Ecclesie nos et nostram Ecclesiam presentibus firmiter obligamus, vt ea que premissa sunt et pro nobis statuta in Conciliis Maguntinenfibus vel Magdeburgenfibus inuolabiliter obseruemus. Hoc recognoscimus et presentibus litteris protestamur, quas Sigillorum inpressione roborandas duximus in testimonium premissorum. Hanc vero obligationem per decem annos continuos decreuimus duraturam. Actum Brandenborch, anno domini M. CC. LXXXVII, in octaua assumptionis.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg. — Ein völlig gleichlautendes Mandat schloß das Erzstift in demselben Jahre Sexta feria ante festum Beate Marie Magdalene mit dem Bischofe Wolrad, dem Dechanten Alberti und dem ganzen Capitel zu Halberstadt s. Nr. CXI.

**CXIII.** Bischof Heydenreich von Brandenburg verleiht dem Nonnenkloster zu Auckun bei Zerbst den Dreißigsten aus mehreren Dörfern, am 20. September 1287.

Nos Heydenricus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus recognoscimus et tenore presentium in publicam notitiam volumus peruenire, quod ad paupertatem elocandam Sanctimonialium, in Ancona Deo in sanctimonia deuote famulantium, Abbatisse et Conuentui predictae Ecclesie presentibus clargimur de voluntate nostri Capituli et consensu, ut Tricesimas subscriptarum villarum videlicet Wertlau, Bornum, Litzow habeant et reseruent iusto proprietatis titulo et prebende perpetuo deseruiant earundem. In cuius rei testimonium presentibus de certa nostra et Capituli nostri conscientia conscriptis Sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Brandenburg, Anno Domini M. CC. LXXXVII. XII. Cal. Octobr. Pontificat. nostri Anno primo.

Zerbst bei in Beckmann's Anhalt. Hist. III, 226.

**CXIV.** Der Bischof Heydenreich schenkt dem Domcapitel die Advocatie im Dorfe Marzahne, am 3. Dezember 1287.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Cum rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que de verborum serie redactorum in ipsam neque minuit neque mutat, nos Heiden-

ricus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, tenore presentium notum facimus tam presentibus quam futuris, quod remedio anime nostre salubriter intendentes advocatiam ville Mertzane ad nos pleno jure nullo medio pertinentem dilectis dominis nostris, preposito, priori et capitulo dicte nostre Brandenburgensis ecclesie liberaliter dedimus et legavimus, nomine testamenti, ad eosdem perpetuo pertinentiam, nichil omnino juris nobis in eadem aliquo modo reservantes. Ne igitur hec nostra donatio per nos vel quemquam successorum nostrorum in posterum valeat irritari, presentibus, de certa nostre conscientia conscriptis, sigillum nostrum in testimonium duximus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. nonas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.

**CXV.** Der Bischof Heidenreich vereinigt die Kirche zu Plessow als Filial mit der zu Plösin, im Jahre 1287.

Heydenricus, dei gratia episcopus Brandenburgensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum tempore, consuevit ea verenda antiquitas scripti memorie commendare. Hinc est, quod ad communem notitiam hominum cupimus pervenire, quod nos usi consilio peritorum et de consensu capituli Brandenburgensis ecclesiam Plesowe, que quondam de villa Stargesere, nunc destructa, extitit filia subjecimus et adunivimus ecclesie in Plotzin, et is, qui pro tempore plebanus in predicta villa Plotzin extiterit, sepedictam ecclesiam in Plesowe tanquam filiam officari per se vel per alium procurabit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVII<sup>o</sup>, pontificatus nostri anno primo.

Nach der Copie im Copiarie.

**CXVI.** Der Bischof von Brandenburg, Heidenreich, und von Meissen, Withego, verbinden sich zu gemeinschaftlicher Abwehr von Anfeindungen durch Bann und dergleichen, am 8. Jan. 1288.

Venerabili in Christo patri ac domino, Heidenrico episcopo, Thiderico preposito, Conrado priori totique capitulo ecclesie Brandenburgensis Withego, dei gratia episcopus, Bernardus prepositus, Sifridus decanus totumque capitulum Misnensis ecclesie, subscriptorum omnium perpetuam firmitatem: Multorum bonorum persepe torpet neglecta commoditas eo, quod ad restaurationem commoditatis hujusmodi nullius invigilavit intentio, nullius animus insudarit sed processu temporis ad hoc aliquo sine mentis aciem dirigente, ipsa restauratur commoditas et restaurata suis cooperantibus pacis et quietis tribuit incrementum. Hinc est, quod cum, pluribus tractatibus habitis, jam simul evidenter experti, et tam vobis quam nobis consultum et utile videatur, ut propter frequentes predonum, raptorum et malefactorum insultus et turbationes, quas quotidie patiuntur ecclesie eedem, aliquo saltem et mutue subventionis ac confederationis remedio subvenirent, sane credimus,